

Quia à Deo promissa sunt, qui fallere
nescit.

Triplicem autem usum *amen* in Scriptura
habet; *optandi, consentiendi, & confir-*
mandi.

Priorem usum S. Hieronymus docet in
Matth. 6.

Alterum Scriptura multis in locis: ut Jer.
11, 5. & 28, 6. Deut. 27, 15. Neh. 8, 6. *Jer. 28, 6.*
1. Cor. 14, 16. *Amen.*

Tertium usum Christus monstrat passim:
ut Matth. 5, 18. Mar. 3, 28. Ap. 3, 14.
2. Cor. 1, 20.

Δ *Optamus proinde hac particula, ut ratum sit,*
quicquid 6. petitionib. à Deo petivimus.

Testamur serium studium invocationis:
non ficto aut simulato animo nos
precari.

Declaramus certitudinem cordis de ex-
auditione.

Immò voce hac, precationem Patri
acceptam esse, obfirmamus; &
multò certius à Deo exaudi-
tam, quàm in cordibus nostris
persentiscimus, nos illud ex ani-
mo cupere: ideoq; accepturos
omnia quæ Deo gloriosa & no-
bis salutaria sunt: juxta illud
2. Cor. 1, 20. & 2. Tim. 2, 13.

ἔλεγχος.

Arguuntur igitur hac voce hypocrita & im-
pui, qui ore quidem precantur & labiis
Deum honorant, corde verò procul ab